

NVMMVS CASTRENSIS

ALEXANDRI FARNESII PARMÆ

& Placentiæ Ducis : Cusus circa Pyli five Navarrini obsidionem : Anno

Christi 1572.



Alexander Farnesius Tertius, Parmæ Dux, à Proavo Pontifice felix illud vaticinium, summum cum ducem futurum, habuit: quod citò eius acta probaverunt. Cum ad Sanctum Quintinum & Durlanum prælium inire prohiberetur, ægrè ac non sine multis lacrymis in castris contineri potuit: multa puer præbuit animi invicti signa: idemque adolescentiæ & bellorum initium ipsi fuit. In navali ad Lepantum felicissimâ contra Turcas pugnâ privatus ferè miles

absolutam perfecti Imperatoris formam expressit: & sequenti anno ingentem Turcarum equitatum, qui octo millibus constabat, ad Navarinum fugavit. In Belgium reversus, quem sui usum Hispaniarum Regi, ejusque in Belgio Proregibus præbuerit non consulendo saltem, pugnandoque, sed & maxima minimaque Ducis ac militis munia obeundo, commemorare hic longius foret: ad Historicos Lector benevolus remittitur. *Animi generosi-*

tatem Equus alacer symbolicè exprimit: Eandem verò momenti exigui putat

Farnesius, nisi aurâ cælesti adjuvetur. Jacob. Schrenckius

à Notzingen. Author.

